



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXXV. De Multa Christiani effusione Sangvinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Osterna VI. Magister Gener. Ord. Teutonici.
Hartmannus de Grunbach V. Magister Prov. Prussiae.*

verunt à fide & fidelibus iterum, & in errores pristinos sunt relapsi & Sambitæ quendam dictum (a) Glande; Nactangi Henricum (b) Monte; Warmienses Glappum (c) Pogesani Auctumo (d) Barthi Divanum (e) in Capitaneos & Duces sui Exercitus elegerunt.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Anteqvam baptizatus esset, dicebatur Glande: in Baptismo autem nomen accepit Richardi. Henneb. pag. 53.
- (b) Henricus in Baptismo vocatur, cum ante hac dictus esset Monte.
- (c) Qui in baptismo vietus erat Carolus.
- (d) Nicolaus dictus est in Baptismo.
- (e) Divanus in Baptismo dictus Otto. Hæc omnia annotavit Dominus Zamelius.

CAP. LXXXV.

*De**Multa Christiani effusione Sangvinis.*

HI Capitanei & Duces Exercitiuum statuerunt diem certum ad hoc, ut omnes convenientes in armis, quoscumque fidei Christianæ professores occiderent & usque ad internacionem delerent; quod & perfecerunt, quia omnes Christianos, quos extra munitiones in terra Pruschiæ invenerunt quosdam miserabiliter trucidantes; alios captivantes, in perpetuam servitatem deduxerunt, Ecclesiæ, Capellas & oratoria DEI comburentes, sacramenta Ecclesiæ irreverenter tractantes, vestes sacras & vasa ad illicitos usus pertrahentes, Sacerdotes & ministros alios Ecclesiæ mirabiliter trucidantes. Sambitæ quendam Sacerdotem fratrem Domps Teutonicæ, qui ad baptizandum eos missus fuerat,

*Poppo de Osterna VI. Magister Gener. Ord. Teut.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Prov. in Prussia.*

fuerat, comprehendenterunt, & collum ejus sub duobus asseribus compresserunt, quo usque deficiens expiraret, asserentes, quod tale genus Martyrii competeret Viris sanctis, quorum sanguinem effundere non auderent.

CAP. LXXXVI.

*De**Conflictu in Pocarwiz, ubi multi Christiani sunt occisi.*

Anno Domini MCCLXI. volante famâ per Anno Domini
secutionis hujusmodi per Almanniam MCCLXI. Urbanus
commoti sunt Principes & Barones. Unde Do- Papa IV. instituit
minus de Reyder & multi Nobiles de aliis festum Corporis
Teutonicæ partibus compatientes fidei & Christi, quod post-
delibitis, quod novella plantatio Ecclesiæ in ea Viennæ à Cle-
partibus Pruschiæ per multorum fidelium san- mente Papa V. in
gvinis effusionem erecta, deberet tam misera- Concilio Generali
biliter interire, venerunt dictæ terræ in subsi- An. MCCCX. confir-
dium. Cum quibus fratres & eorum armigeri intraverunt matum fuit.
territori Natangiæ, & devastatâ ipsâ incendio & rapinâ, captis &
occisis multis, redierunt ad eum locum, ubi nunc situm est Ca-
strum Brandenburg, ibique Castra metatis sunt. Placuitque fra-
tribus & peregrinis, ut aliqua pars exercitus rediret in dictam
terram iterum depopulandum relictâ aliâ parte in dicto loco.
Quo facto Naclangi considerantes, quod pauci non auderent
ipsorum terram deprædari, congregati invaserunt residuam
partem Exercitus in Pocarvz, peregrinis & Fratribus ex ad-
verso viriliter se opponentibus, & præcipue quidam miles de
West.